Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aus Augustini de Ciuitate Dei XI cap. 32-34, Fragment - Cod. Aug. Fr. 112

[S.l.], [10. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-1169

Visual Library

Aug. CCXXI

& terram. Atque illud quod dictum est in principio. non ita dictum tamquam
primum hoc factum est cum ante fecerit angelos. sed quia omnia in sapientia
fecit. quod est uerbum eius. & ipsum scriptura nominauit principium sicut ipse in
euangelio iudeis quaerentibus quis esset respondit esse se principium. Non e contrario
referam contentionem maxime quia hoc delectat plurimum. quod & iam in summo exor
dio sci libri geneseos trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur in principio fecit
ds caelum & terram ut pater fecisse intellegatur in filio. sicut testatur psalmus ubi
legitur. quam magnificata sunt opera tua dne. Omnia in sapientia fecisti.
Conuenientissime paulo post commemoratur & iam sps scs. Cum enim dictum esset
qualem terram ds primitus fecerit. uel quam molem materiam uel fabricae constru
ctionis mundi celi & terrae & nomine nuncupauerit. subiciendo. terra autem erat
inuisibilis & incomposita. & tenebrae erant super abyssum. mox ut trinitatis commemo
ratio compleretur. sps inquit di ferebatur sup aquas. Proinde ut uolet quisque
accipiat. quod ita profundum e. ut ad exercitationem legentium a fidei regula non
aberrantes plures possit generare sententias. dum tamen angelos scos in sublimibus
sedibus non quidem do coaeternos. sed tamen de sua sempiterna & uera felicitate &
certos esse nemo ambigat. Ad quorum societatem pertinere paruulos suos dns docens. non
solum illud ait. erunt aequales angelis di. uerum ipsi quoque angeli qua contempla
[illegible] Dico aut
[illegible] angelicorum [illegible] Peccatores
quosdam angelos & in huius mundi ima detrusos qui eis uelut carcer est usque ad futu
ram in die [illegible]cii ultimam damnationem apostolus petrus apertissime ostendit dicens.
Quod ds [illegible] peccantibus non pepercit. sed carceribus caliginis inferni trudens
tradidit [illegible] in iudicio puniendos reseruari. Inter hos ergo & illos dn uel opere
[illegible] aduersae quis dubitet. illos que lucem merito appellari quis contradicat.
[illegible]ando quidem nos adhuc in fide uiuentes & eorum aequalitatem sperantes utique non
dum tenentes iam lux dicti ab apostolo sumus. Fuistis enim inquit aliquando
tenebrae nunc autem lux in dno. Istos uero desertores tenebras aptissime nuncupari
profecto aduertunt qui peiores esse hominibus infidelibus [illegible] intellegunt siue crediderunt.
Quapropter & si alia lux in isto huius libri loco intellegenda est. ubi legimus dixit ds
fiat lux. & alia tenebrae significatae [illegible] in eo quod scriptum est diuisit ds inter
lucem & tenebras. nos tamen has duas angelicas societates unam fruentem do alteram
tumentem typho unam cui dicitur adorate eum omnes angeli eius. aliam cuius princeps
dicit. haec omnia tibi dabo si prostratus ad[illegible] me [illegible] amore di scam [illegible] flagran
tem [illegible] propriae celsitudinis [illegible] fumantem

& qm sicut   fac [illegible] que

& qm sicut scriptum est · ds superbis resistit humilibus autem dat gratiam · Illam in caelis
caelorum habitantem · istam inde deiectam in hoc infimo aerio caelo tumultuantem ·
Illam luminosa pietate tranquillam · istam tenebrosis cupiditatib; turbulentam · Illam di
nutu clementer subuenientem iuste ulciscentem · istam suo fastu subdendi & nocendi
libidine aestuantem · Illam ut quantum uult consolat[ur] di bonitati ministram · istam
ne quantum uult noceat di potestate frenatam · Illam huic inludentem ut nolens prosit
persecutionib; suis · hanc illi inuidentem cum peregrinos colligit suos: Nos ergo
has duas societates angelicas · inter se dispares atq; contrarias · unam & natura
bonam & uoluntate rectam · Aliam uero natura bonam sed uoluntate peruersam
Aliis manifestiorib; diuinarum scripturarum testimoniis declaratas · quod etiam
in hoc libro cui nomen est genesis lucis tenebrarumq; uocabulis significatas & aestima
uimus. Etiam si aliud hoc loco sensit forte qui scripsit · non est inutiliter obscuritas
huius pertractata sententiae · Quia & si uoluntatem auctoris libri hu[ius] indagare
nequiuimus. A regula tamen fidei quae per alias eiusdem auctoritatis sacras litteras
satis fidelib; notam non aberrauimus. Etsi enim corporalia commemorata sunt
opera di · habent procul dubio nonnullam similitudinem spiritalium secundum quod dicit
apostolus · Omnes uos filii lucis estis & filii di[ei] · Non sumus noctis neq; tenebrarum
Si autem hoc [illegible] et etiam ille qui scripsit · Ad perfectiorem disputationis finem nostra
peruenit intentio [u]t homo di tam eximiae diuinaeq; sapientiae immo per
[illegible] in commemorandis [illegible] di quae [illegible] dicit esse per[illegible]
angelos praetermisisse credatur · siue in principio quia primo fecit · siue quod conuenien
tius [illegible] legitur · in principio quia in uerbo unigenito fecit scriptum sit in princi
pio fecit ds caelum [illegible] quib; nominib; uniuersalis est significata creatura · uel [illegible]alis
uel corporalis quod est [cr]edibilius · uel illae magnae duae partes mundi q[uib; omni]a quae
creata sunt continentur · ut primitus eam totam proponeret · ac deinde partes eius
secundum mysticum dierum numerum exsequeretur · Quamquam nonnulli putauerint
aquarum nomine significatos quodammodo populos angelorum & hoc esse quod dictum est
fiat firmamentum inter aquam & aquam · ut supra firmamentum angeli intellegantur
infra uero uel aquae istae uisibiles · uel malorum angelorum multitudo · uel omnium
hominum gentes · Quod si ita est · non apparet ubi facti sunt angeli · sed ubi discreti ·
Quamuis & aquas quod peruersissimae atq; impi[ae u]anitatis est · negent quidam factas
a do · quod nusquam scriptum est dixit ds fiant aquae · quod possunt simili uanitate
etiam de terra dicere · nusquam legitur fiat terra · sed inquiunt · scriptum est
fecit ds & terram · & terram · illic ergo & aqua intellegenda · uno enim nomine
utrumq; comprehensum est · nam ipsius est mare sicut in psalmo legitur · et ipse fecit